Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



conſtituerunt uxta preceptum regis dauid uiri dei et obſeruarent ea per ordinem.
Mathania et bellechia et obedia moſolla thelmon et acub cuſtodes portarum
et uestibulorum atrium portarum. hii in diebus ioiachim filii ioſue filii ioſedech et in
diebus neemie ducis et eſdre ſacerdotis ſcribe. In dedicatione autem muri
ierlim requiſierunt leuitas de omnibus locis ſuis ut adducerent eos in ierlim
et facerent dedicationem in letitia et in actione gratiarum et in canticis et in cymbalis
pſalterius et citharis. Congregati ſunt autem filii cantorum et de campeſtribus circa
ierlim et de uillis netofati et de domo galgal et de regionibus galma et azyma
neth. quia uillas edificauerunt ſibi cantores in circuitu ierlim et mundati ſunt ſacer
dotes et leuite et mundauerunt populum et portas et murum. Aſcendere autem fecit prin
cipes iuda ſuper murum et ſtatuit duos choros laudantium deum magnum et iuerunt
ad dexteram ſuper murum ad portam ſterquilinii. Et iuit poſt eos oſaias et media
pars principum iuda et azarias eſdras et moſolla et iuda et benjamin et ſe
mea et ieremia et de filius ſacerdotum in tubis zacharias filii ionathan filius
semeie filii mathanie filii michaie filii zachur filii aſaph et fratres eius ſemeia
et azarel et galalai mathanael et iuda et anani in uiaſis cantici dauid uiri
dei et eſdra ſcribe ante eos in porta fontis. Et ecce eos aſcenderunt in gradibus
ciuitatis dauid in aſcenſu muri ſuper domum dauid et uſque ad portam aquarum
ad orientem. Et chorus ſecundus gratias referentium ibat ex aduerſo et ego poſt eum
et media pars populi ſuper murum et ſuper turrem furnorum et uſque ad murum latiſſi
mum et ſuper portam effraym et ſuper portam antiquam et ſuper portam piſcium et turrem
ananehel et turrem emath et uſque uſque ad portam gregis. Et ſteterunt in porta
custodie ſtetereunque duo chori laudantium in domo dei et ego et dimidia pars
magiſtratuum mecum et ſacerdotes eliachim maaſia et miniamin michea
elioena zacharia anania in tubis et maaſia et ſemea et eleazar et azy et iohanna
et melchia et elam et ezer et exaudierunt cantores et ezrahia preeſſit. Et immola
uerunt in die illa uictimas magnas et letati ſunt. quia dedit eis letificauit eos leti
cia magna ſuper; et uxores eorum et liberi gauiſi ſunt et audita eſt letitia ierlim peul